



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 139. Cardinalis Venetus in Græciam ab Eugenio Papa ablegatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

fidem, ac unionis studium explorari jubere-  
 ret, eundemque potius concordiae adver-  
 santem reperisset, suffragantium animos  
 in Metrophanem inclinavit, qui ordine  
 sextus Florentinae Synodo subscripsit, ac  
 unionem lingua, & calamo tueri polli-  
 citus est. Hic ergo, postquam die deci-  
 ma quarta Mensis Augusti pridie ad Fe-  
 stum Beatæ Virginis Mariæ in cælum af-  
 sumptæ in Patriarchalis Cathedræ pos-  
 sessionem inducebatur, Imperatoris aucto-  
 ritate suffultus nihil intentatum reliquit,  
 ut pro avita sua pietate Græcos non mo-  
 do in ipsa Constantinopolitana civitate,  
 sed & in universa Græcia ad obedientiam  
 Ecclesiæ reduceret. Præterea studio Re-  
 ligionis accensus, ipse terras quoque suo  
 Patriarchatui non subditas peragrabat,  
 Episcopis aliisque Clericis rebellibus loco  
 motis Orthodoxos sufficiebat, & Schisma-  
 ticorum nonnullos suis omnino Episcopa-  
 tibus exuebat.

## §. CXXXIX.

*Cardinalis Venetus in Græciam ab Eu-  
 genio Papa ablegatus.*

Nec Eugenius Papa suis partibus hac  
 in re deesse voluit, sed Franciscum  
 Condulmerium Nepotem suum, alias Car-  
 dinalem Venetum, Constantinopolim Le-  
 gatum decrevit, comitantibus eum plu-  
 ribus

Pp 5

ribus



Sæcul. XV.  
A. C. 1440.

ribus Viris doctrinæ fama celeberrimis qui juncta opera cum Neo-electo Patriarcha Græcos in sinum Ecclesiæ reducere adlaborarent. Attamen Imperator a pristino suo unionis conservandæ studio nihil minus quantum deferbuit, de quo & Eugenius in graves effusus est querelas in suis literis ad Constantinum Peloponnesi Despotam, ac Cæsaris Germanum datis. Incertum tamen est, quas ob causas Imperator in schismatis delendi ardore remiserit, nisi timore compulsus dixeris, ne sibi Amuratem offensum redderet, cui Græcorum cum Latinis unio suspecta erat, aut forte, quia armorum subsidia a Latinis sibi submissum iri desperabat, competito Alberti Imperatoris obitu, qui affidiis Eugenii Papæ necnon Basileensium precibus stimulatus bellum in Turcas parabat; aut denique, quia seditionem Constantinopoli pertimescebat, cum omnes ferme incolæ unionem palam impugnant.

§. CXL.

*Epistola Eugenii ad Archiepiscopum Cantuariensem.*

Adnumeraverat Eugenius anno prior Joannem Kemp Archiepiscopum Eboracensem Cardinalium Collegio, cui cum Henricus Cantuariæ in Anglia Archipræsul tantæ dignitatis congruos honores, & Sessio